

Kleinere Mittheilungen.

Ein Schreiben
des Bischofs von Chur, Johannes Pflug von Aspermont,
an den Kardinal Bellarmin
über die Wirren in seiner Diözese, aus dem Jahre 1621.
Nebst Bellarmins Antwort.

Von Dr. G. Buschbell.

Ueber die Einführung der Reformation in den Bistümern Chur und Como liegt die ausführliche Arbeit von Kind¹ vor. Sie ist von stark protestantischem Standpunkte aus geschrieben, nirgendwo findet sich eine Andeutung des Verständnisses für die Bestrebungen der katholischen Partei, welche sich nicht einfach ihrer wohlverbrieften Rechte berauben lassen wollte. Auch für die gegen Angehörige der katholischen Religion verübten Scheusslichkeiten findet sich selten ein tadelndes Wort, vielmehr ist der Verfasser aus allen Kräften bemüht, entschuldigende oder beschönigende Ausdrücke zu finden; dagegen vermag er die gegnerische Seite oft recht hart zu verurteilen.

Die Ereignisse seit Beginn der kirchlichen Wirren in Chur werden in einem Briefe des Churer Bischofs Johannes Pflug von Aspermont an Bellarmin einer summarischen Uebersicht unterworfen. Dieses Schreiben befindet sich (nebst dem eigenhändigen Konzept der Antwort Bellarmins) unter den bisher ebenfalls ungedruckten Bellarminpapieren der Carte Cerviniane des Staatsarchives zu Florenz, aus denen ich es hier veröffentlichen möchte.

Für die Entwicklung der Dinge in Chur ist das Schreiben von grossem Interesse, wie auch für den Standpunkt, welchen Bischof Johannes ihnen gegenüber einnahm. Wir sehen, dass in Chur – und dies ist ja

¹ Chr. J. Kind, *Die Reformation in den Bistümern Chur und Como*, Chur 1858,

auch anderswo reichlich der Fall gewesen — die Streitigkeiten von Fragen aus ihren Anfang genommen haben, welche keineswegs in erster Linie das dogmatisch-kirchliche Gebiet betreffen, sondern vielmehr einen bürgerlich-sozialen Charakter tragen.

Alle Veränderungen ungeschehen zu machen und den status quo ante vollständig wiederherzustellen, das hat sich Bischof Johannes zum Ziele gesetzt, als er 1601 den bischöflichen Stuhl von Chur bestieg, dessen Generalvikar er vorher gewesen war. Anfangs freilich ohne viel Erfolg; denn nachdem er in dem zwischen Paul V. und den Venetianern ausgebrochenen Streite¹ ebenso wie die Jesuiten und Theatiner sich in schroffer Weise auf die Seite des Papstes gestellt hatte, musste er 1607 in die Verbannung wandern, aus der er erst 1609 nach Erlegung einer Summe Geldes zurückkehren durfte.² Im Jahre 1617 wurde er wiederum vor das in dem Briefe erwähnte Strafgericht gestellt, floh und wurde am 15. Sept. von neuem verbannt.

Auch in dem Orte seiner Verbannung, Fürstenberg, bekümmerte er sich lebhaft um die Angelegenheiten seines Bistums. Einen der Versuche, dort einzugreifen, stellt eben unser Brief dar. — Nach langen Verhandlungen zwischen Frankreich und Spanien war man im April 1621 endlich übereingekommen, dass das Veltlin unter die Herrschaft der Bünde zurückkehren sollte, unter der Bedingung jedoch, dass alles seit 1617 gegen den Katholizismus Beschlossene rückgängig gemacht werde. Gegen diesen Beschluss protestiert der Bischof in dem vorliegenden Briefe. Bellarmin vertröstet ihn auf die Ergebnisse der Luzerner Tagsatzung. Auf dieser suchte der päpstliche Nuntius, Scapi, zu obiger Einigung Zusätze zu machen, die sich nach K i n d „wie ein Faustschlag auf die soeben errungenen Vorteile der evangelischen Gemeinden ausnehmen.“ Es handelt sich aber nur um allgemeine Zulassung des katholischen Kultus, um die allerdings sehr weit verstandene Wiedereinsetzung des Bischofs in seine Rechte, Zulassung von Klöstern, insbesondere auch der Jesuiten. Diese Vorschläge scheiterten an dem Widerspruch der Abgeordneten des Bundes, sowie der protestantischen

¹ Vergl. hierüber Döllinger und Reusch, *Die Selbstbiographie des Kardinals Bellarmin* (1887) S. 182; über Pflug's Stellungnahme den bei Döllinger und Reusch, *Geschichte der Moralstreitigkeiten in der römisch-katholischen Kirche* (1889) Band II., S. 264 abgedruckten Brief des Bischofs an Bellarmin, vom 10. Januar 1614, der u. a. auch über die Rückberufung der Jesuiten in das Veltlin handelt. Ebenda S. 265 die Antwort Bellarmins vom 11. April 1614. Ein anderer Brief Pflug's findet sich in den Quellen zur Schweizer Geschichte, Band 2 (*Les dépeches de Jean-Baptiste Padavino . . . envoyé de la République de Venise, érites pendant son séjour à Zurich 1607–1608*). S. 305, „Alli Sri Schultheiss, Lantamanni et consigli delli 5 honorati cantoni raunati in Lucerna,“ „Di S. Pietro alli 23 Marzo 1604.“

² Vgl. Leu, *Allgem. helvet. eydgnoessisches oder schweizerisches Lexikon* (Zürich 1751). 5. Teil, S. 292,

Stände. Hiermit scheiterte der ganze Einigungsvorschlag; es kam zur Waffenentscheidung, in der zunächst Spanien und Oesterreich und damit die katholische Partei und Bischof Pflug den vorläufigen Sieg erlangten.

1. Der Bischof von Chur an den Kardinal Bellarmin.

Fürstenberg, 1621, Juli 20.

Miserabilem episcopatus mei Curiensis apud Grisones statum S. D. N. Paulo V. felicissimæ memoriæ humiliter exponi curavi; tum barbaros populi mores, abusus, corruptelas; tandem hæresim et ex ea natam tyrannidem in episcopos, canonicos, clericos aliosque tam episcopatus mei quam nobilissimæ vallis Tellinæ catholicos usurpatam, catholicæ fidei multis in locis ruinam, ecclesiasticae libertatis exterminium, episcopi, capituli, monasteriorum, ecclesiarum, immunitatis, iuris dictionum, decimatarum, proventuum violentiam invasionem, prædicantium et omnium hæreticorum in episcopos, prælatos, clericos omnesque catholicos odium et crudelitatem etc. et quanam ratione tantis malis obviare liceat explicari feci. Sua Sanctitas bona memoriae hac informatione mota mihi dictæque valli Tellinæ subvenire decreverat, unde plurimum gavisi ego omnesque catholici et tam mei episcopatus quam dictæ vallis Tellinæ incolæ.

Deo tandem disponente, sanctoque Carolo Borromeo (qui Rhætiam dictamque vallem dum viveret omni studio, labore, beneficiis, ædificiis et indicibilibus expensis, literis et coram ab hæretica rabie ad gremium sanctæ matris ecclesiae catholicæ producere studuit) intercedente dictam vallem Tellinam ab hæreseos labore purgatam et execrando Grisonum iugo liberatam vidimus, unde credi non potest, quanto simus affecti gaudio.

Verum inimicus hominum dictam vallem ita liberam et purgatam ad antiquum servitutis iugum hæresimque reducere satagens aliquos perfidiæ viros subornavit, qui sub prætextu pietatis ac pacis eandem vallem Grisonibus restitui curarent, exploratum habentes, quod, ubi vel unus hæreticus in prædictam vallem denuo pedem nidumve posuerit, hæretici, quicquid intendunt, facile obtinerent.

Ut primum de restitutione dictæ vallis rumor invaluit, me senem ægrum exulem omnesque catholicos in tantam coniecit mæstitiam, ut urgente tam episcopalis officii quam conscientiæ stimulo sanctam sedem ipsumque S. D. N. personaliter adire ac pro modulo meo humiliter informare statuerim, sed senio, morbo, inopia impeditus, quod personaliter nequivi, literis eo, quo potui, modo S. D. N. significavi, quod etiam Ill^{mae} ac R^{mae} D. Vræc intimare volui, qualiter:

Grisones hæretici, populus indomitus, effrenus episcopos, prælatos, clericos omnesque catholicos tam Rhætos quam omnes alios catholicos perturbare, pessum dare, monasteria vastare, ecclesias et loca sacra prophanare, redditus ecclesiarum ad suas impias manus trahere, personas ecclesiasticas

utriusque sexus suo tyrannico modo persecui, capere, incarcerare, interimere semper intenderint.

Ut autem a capite exordiar incœperunt anno 1524, ut ex municipalibus eorum legibus clare constat;¹ in iis spredo summo Pontifice, Christi vicario, nec non ordinariis Curiensi et Comensi, sola tyrannica præsumptione freti, gladium ecclesiasticum interdicti et excommunicationis exploserunt et in subditos suos exerceri vetuerunt.

Apostolicam et ordinariam iurisdictionem (si diis placet) abdicarunt ac in laicos locorum magistratus transtulerunt.

Fidelibus ad pias causas testandi facultatem abstulerunt ac civili magistratu et hæredibus assignarunt.

Morientium testamenta irritarunt et bona piis locis ac divinis officiis applicata hæredibus politicoque magistratui adscripterunt. Paulatim in episcopalem sedem irruentes episcopis Curiensi et Comensi dominium tam in temporalibus quam spiritualibus a plus mille annis liberum, iura, privilegia a multis imperatoribus concessa et confirmata, universam demum iurisdictionem abstulerunt sibique violenter arrogarunt.

Bona etiam immobilia, reditus, census, agros, vineas rapuerunt, intersese divisorunt et in æternum alienarunt.

Monasteria pedetentim extirparunt omnia; nullas utriusque sexus personas ad ullam amplius religionem admitti, sic iis, qui in cœnobiis erant, successive defunctis et monasteriis evacuatis census, reditus ad hæredes, qui si non essent, ad magistratum civilem devolvi mandarunt.

Decimas minores abrogarunt, maiores restrinxerunt ac paulo post prorsus abstulerunt. — Jura patronatum a patronis maxime spiritualibus ablata laicis communitatibus addixerunt, qua curatos parochos ad libitum instituunt, deponunt, conducunt bubulcorum instar: antiquos reditus a maioribus, divitibus, nobilibus, baronibus, comitibus, ducibus, imo regibus et imperatoribus fundatos et inter se divisorunt ac alienarunt.

Quam crudeliter nobilissima vallis Tellinæ populus ecclesiasticis bonis et iuribus privatus sit, in exercitio fidei Catholicæ ac pietatis impeditus, inhumanius quam ullus in orbe populus tractatus sit, ipse dicet: dicet etiam III^{mus} et R^{mus} eorum ordinarius, episcopus Comensis, cuius iurisdictionem non minus quam meam impie violarunt, plus violatur, si nobilissima vallis Tellina hæreticis restitueretur. Ut brevis sim, episcopos Curienses omnibus itribus, privilegiis, bonis, universa demum iurisdictione spolarunt, quosdam vinculis, quosdam exilio multtarunt, unus iam morti destinatus aufugit, alius tringa annos exulavit, alii alias sunt persecutiones.²

¹ Gemeint ist das Mandat zur Abschaffung geistlicher Missbräuche von Quasimodogeniti (4. April) 1524, dessen Bestimmungen sich mit dem Folgenden teilweise decken. Vgl. K i n d , a. a. O. S. 31 ff.

² Bischöfe von Chur waren gewesen: Paulus Ziegler v. Ziegelberg, Freih. v. Barr 1503—41, verbann 1524, Luzius Iter 1541—49, Thomas Planta v. Zutz

R^{mus} abbas Sti Lucii¹ prope civitatem Curiensem eo, quod III^{mo} ac R^{mo} D. Joanni Angelo S. R. E. cardinali, qui pontificatum adeptus et Pius IV. vocatus, suam opem promisisset, fuit aperte, non sine magno contemptu tam summi Pontificis quam omnium III^{morum} ac R^{morum} D. D. cardinalium decollatus. D. Nicolaus Venusta, p̄aepositus Curiensis, vicarius generalis, captus incaceratus, D. Vincentius Quadrius, iuris utriusque doctor, canonicus, equuleo tortus mulctatus, III^{mus} D. Bely, serenissimi archiducis Austriaci consiliarius, capite plexus, D. Baselga pariter occisus.² R. D. Augustinus Wendelfanus, canonicus Curiensis, mulctatus aliquique multi catholici dire vexati mulctati sunt.

Anno 1607 prædicatorum cum sequacibus maiori me meosque canonicos odio prosequentes e suggesto me præcipitare, capere, occidere statuerunt, tandem in exilium egerunt.

Anno 1615 institutiones Calviniane [religionis]³ per vallem Tellinam et vicina Italiæ loca venales distraxerunt.

Tandem in extremam acti rabiem inaudito furore perciti, seditione mota concurrentes iudicium censorum⁴ instituerunt eique novem prædicatorum, intestini tumultus authores, præfecerunt, ad quod catholicos vallis Tellinæ meique episcopatus inter alios D. Josephum Mohr,⁵ canonicum Curiensem, custodem citari ac a prædicantibus examinari curarunt, R. doctissimum S.S.

1549–65, Beatus a Porta 1565–81, ihm folgt Petrus Rascher bis 1601; er wird wohl mit dem so lange Verbannten gemeint sein. Näheres über alle diese bei Kind, a. a. O.

¹ Der Abt des Prämonstratenserklosters von St. Lucius, Schlegel, stand in Unterhandlung mit Joh. Angelo Medici, damals Erzpriester zu Mazzo. Ueber die gesamten Verhältnisse Joh. Angelos zur damaligen Zeit vergl. R a n k e , *Die römischen Päpste* etc. Band I, 206 f. (6. Aufl. 1878). Die gegen den Abt erhobenen Anklagen bezogen sich auf Briefwechsel mit Joh. Angelo, Sicherung der Klosterschätze und Urkunden, die ihm als Diebstahl ausgelegt wurden. „Da man keine Beweismittel gegen ihn hatte, so suchte man ihn durch die furchtbarsten Folterqualen zum Geständnis zu zwingen, und es ist in der That ausserordentlich, dass ein Mann, der nach Beendigung der peinlichen Frage ganz schwarz aussah, dem die Augen vor den Kopf herausstanden, und der nur mit Mühe in sein Gefängniss zurückgeschleppt werden konnte, dennoch den ihm Schuld gegebenen Verrath nicht bekannt hat. Vergeblich boten seine Freunde grosse Bürgschaft für ihn, um ihn vor ein unparteiisch Gericht zu stellen. Sein Tod war beschlossen, und wurde seine Hinrichtung am 23. Januar (1530) vollzogen.“ K i n d , a. a. O. S. 53.

² Vgl. K i n d , a. a. O. S. 224.

³ religionis fehlt im Originale. Gemeint sind Calvins Institutiones religionis christianaæ.

⁴ Dieses Strafgericht nennt selbst K i n d , (a. a. O. S. 236 ff.) „protestantisches Inquisitionstribunal“ und spricht von seinen „rechtswidrigen Urteilen“ und „Erpressungen.“

⁵ J. Mohr wurde der Nachfolger Pflug's, als dieser 1627 resignierte. (1627 bis 1635).

Theologiæ D. Nicolaum Ruscam,¹ archipresbyterum Sondriensem, captum equuleo tortum crudeliter occiderunt. Denique me, episcopum senem, exulem, ægrotum sub poena amissionis vitæ ac bonorum citarunt, accusarunt de bene actis tantum et iis, quæ fidei catholicae congruunt, pium episcopum, absit iactantia verbo, decent, quæ si non fecisset episcopus catholicus verus non fuisse, de quibusdam, quæ hæresi et hæreticis eorum statutis e directo repugnant, de quibusdam denique falsis. Tandem ini-quissima sententia morti adiudicarunt, alium episcopum eligi mandarunt hoc pacto, quod initio regiminis iuraret, quod Grisones, trium foederum dominos, pro veris, naturalibus, legitimis superioribus agnoscere, statutis eorum obedire, nihil iis insciis cum summo Pontifice vel ullo principe catholico quicquam agere velit. Mirabitur Ill^{ma} ac R^{ma} D. V., cur me sic persequantur? Id ideo fit, quod episcopalibus officiis memor eorum hæreticis et impiis legibus restiti, eos pro superioribus meis agnoscere nolui, libertatem ecclesiasticam, quoad potui, pro viribus defendi, me demum, ut episcopum decet, gessi. Maxime, quod interdicti contra Venetos facti tempore² tam in templo, quam foris contra S. D. N. Christi vicarium conscribi militem eique transitum dari prohibui tantumque profeci, ut numerosus miles conscriptus Curiam veniens retrocedere debuerit, quod mihi summum apud Venetos et Grisones odium peperit, exinde quot quantasque ego, canonici omnesque catholici persecutio[n]es passi simus, impossibile est verbis assequi. Taceo, quod prædicans Jo[annes] a Porta sparserit sese iam episcopum electum, qui olim per alium a se subornatum effutivit Romanum clerum, horreo dicere, cum brutis coire.

Taceo, quod prædicans quidam Tigurinus palam gloriatus est e pulpite Calvinianam fidem approbari, dum Grisonibus Tellina vallis absque omni conditione religionis restituetur.

Ut Ill^{ma} ac R^{ma} D. V. mihi ignoscat, humillime precor, episcopale munus urget, conscientia dictat, evidentissima pericula monent. Ubi (quod Deus avertat et S. D. N. prohibeat) vallis Tellina Grisonibus restituetur, meo, quin omnium catholicorum principum recte sentientium Deumque timentium iudicio actum erit de fide catholica, quæ non solum in hac valle, sed circumquaque collabetur, hæresis introducetur, tyrannis recrudescet, ad quod efficiendum melior aptiorque modus hæreticis non esse potest quam si iis vallis ista restituatur.

Patres societatis Jesu, prout olim sub poena capitis in æternum relegati sunt, ita nunc cum patribus Capuccinis, cum pari capitatis et vitæ peri-

¹ „Der kränkliche und schon betagte Mann erduldete die Qualen der Folter, ohne irgend ein Geständnis abzulegen. Einmal riss der Strick mit ihm; er stürzte von der Höhe herab und das Blut schoss dem halb entseelten Dulder zum Munde heraus. Nichtsdestoweniger ward er noch einmal aufgezogen und gab nun, am Folterseil hängend, den Geist auf.“ Kind, a. a. O. 237.

² Durch Paul V. im Jahre 1607.

culo expellentur, clerici aliquique catholici exilio, morte mulctabuntur, sacra loca spoliabuntur, ecclesiastica libertas interibit, continuæ cædes, rapinæ, bella durabunt; facta restitutione vallis principes vicini semper in armis, eorum subditi semper in periculo vitae ac bonorum essent, passus hæreticis in Italiam pateret, catholicis occluderetur. Hæretici, quod modo fit fietque, magis in sinum plauderent, triumpharent, catholicis insultarent, illuderent et, si unquam, nunc insoleserent.

III^{me} ac R^{me} D^{ne}, expertus loquor, ingenium, naturam, mores huius efferatae gentis probe novi. Scribunt, obsignant, promittunt, iurant, peierant, observant nihil, stipulatam etiam imperatoribus, regibus, principibus fidem frangere non dubitant.

Quod si de restitutione agitur, cui potius restitui deberet, quam episcopo Curiensi, qui non solum domus Dei trium ligarum præcipue tam in temporalibus quam spiritualibus caput et dominus ac imperii Romani princeps est, sed etiam vallem Tellinam ex dono Mastini,¹ vicecomitis Mediolanensis, et confirmatione invictissimi imperatoris Maximiliani, quarum exemplaria originalibus omnino concordantia dudum habuit III^{ma} ac R^{ma} D. V., iure possidet.

Quod si fieret S. D. N. et modernum invictissimum imperatorem humillime rogarem, quatenus eiusdem vallis Tellinæ protectores esse dignarentur, contra quos nullus in orbe princeps vel sincere auderet. Hæc Sua III^{ma} et R^{ma} D. Suæ Sanctitati proponere tantumque procurare studeat humillime ac per Christi vulnera rogo, ne vallis hæc ullo pacto Grisonibus restituatur, vel saltem episcopo Curiensi, sub protectione tamen S. D. N. et invictissimi imperatoris, obtingat sicque catholici omnes tot fidei, vitae, bonorum periculis exempti a tyrannico Grisonum iugo, securi in adepta iam fidei ac pacis tranquillitate conserventur. Cum personaliter, ut supra dictum, S. D. N. adire non potui, meum R. P. Hiacynthum Casalensem Capuccinum substitui (quod R^{mus} ac Serenissimus archidux Austriae Leopoldus, dominus meus clementissimus, libentissime videt), qui meo nomine S. D. N. omnia proponet, quem ut III^{ma} et R^{ma} D. V. moneat, ut officium hoc charitatis erga S. Beat. quam primum, si nondum fecit, exequatur, humiliter oro ac me, ecclesiam meam dictamque vallem intensissime commendando. Furstenbergi, in residentia episcopali, 20. iulii 1621.

Joannes episc. Curiensis.

Florenz, Archivio di stato, Carte Cerviniane ⁴ _{144 ff.} *Original.*

¹ Mastino Visconti hatte diese Schenkung 1404 dem Bischofe Hartmann gemacht; Maximilian bestätigte dieselbe am 16. Okt. 1516. Vgl. K i n d , a. a. O. S. 15 und 24.

2. Antwort Bellarmins an den Bischof von Chur.

Rom, 1621, August 12.

Florenz, Archivio di Stato, Carte Cerviniane $\frac{54}{144}$ *Eigenhändiges Konzept.*

Legi et quidem attentissime et iterum atque iterum literas III^{mae} R^{mae} D. V^{rae} datas die 20. iulii et ex earum lectione magnum concepi dolorem et desiderium ingens succurrendi regionibus in tanto periculo constitutis. Sed quid ageret homo octogenarius, fractus laboribus variis, qui sine administrculo iam non potest ascendere vel descendere. Egi, quod potui. Adivi Pontificem Maximum, exposui non solum, que in literis R^{mae} D. V. continentur, sed etiam, que audivi a non paucis viris gravibus et honoratis, tum sacerdotibus, tum secularibus de periculis imminentibus valli Telline, sed paulum aut nihil profeci. Non quod Summus Pontifex non cupiat opem ferre periculis imminentibus, sed quod graviora timeat, si non fiat, quod legati regum Gallie et Hispanie et ipsius Apostolice Sedis videntur apud Lucernam decrevisse. Confidimus tamen in bono Domino, Deo nostro, qui potens est facere multo maiora quam nos petere aut optare possumus. Nolo esse prolixior et sine utilitate vexare senilem personam vestram et cum ipsi periculis imminentibus occurrere non possemus, bono Domino, Deo nostro ardentibus precibus pericula Ecclesie sue fideliter commendemus. His valeat $\text{III}^{\text{ma}} \text{R}^{\text{ma}}$ Amplitudo Vestra mei memor in sanctis precibus suis. Rome 12. augusti 1621.